

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja krakowska, wariant wawelski**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej, sygn. 800 (Kodeks Działyńskich IV), s. 143–144

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 113–114 [Gn. 116]

[113] Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fecerit. Recepit eosdem quatuor^a seniores de Scharthow, et quatuor^a canonicos, qui habuerunt prelaturas in sumo: primus prepositus, secundus decanus, tercius episcopi vicarius, quartus collerarius. Insuper recepit quatuor innatos ministeriales ecclesie maioris in Meydeburg: unus fuit marchalcus, secundus dapifer, tercius pincerna, quartus camerarius. Insuper recepit ~~tres^b~~ xi scabinos de civitate et scultetum duodecim. Insuper recepit tres duces laycos, qui primi sunt in eleccione imperiali, et quartus, quem recepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meydeburg, hoc est burgravius. Tunc imperator recepit hos viginti octo viros prenominatos [s. 144] et insuper sedes ipsos locavit pallacie, et dedit eis potestatem ex sui parte, quecunque sententia in Meydeburg diffiniri non posset, ut reprobaretur, hoc ibi debent [s] recipi, et quitquid ibi daretur rite hoc ac rationabiliter pro iure municipali debent [s] teneri.

[114] Et cum sententia ante pallaciam fuerit data, tunc debet dari in signum xxiiii viris, cuilibet unum solidum aureum, et quilibet solidus debet xii valere solidos talis peccunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit forisandi. Tunc hiis quatuor dantur quatuor^a marcas^c aureas, et quivis marca^d xii argenteos [s] debet valere. Hoc datur hiis xx quatuor^a viris. Hoc illi dare tenentur, quibus sententia ad profectum fuerit inventa. Sed iste, qui in sententia defecerit, qui eam reprobavit, extunc magis solvere quam ille, cui sententia data fuerit ad utilitatem.

^a rkps.: iiii^{or}; ^b skreślone przez autora podstawy; ^c w rkp. mercas; ^d w rkp. merca

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczasz, szambelan, ławnik, burgrabia, kościół, prawo miejskie, odwołanie, apelacja, wyrok]